

at tu, formosae nimium secure puellae,  
 incipe iam prima claudere nocte forem;  
 incipe, quis totiens furtim tua limina pulset,  
 quaerere, quid latrent nocte silente canes,  
 40 quas ferat et referat sollers ancilla tabellas,  
 cur totiens uacuo secubet ipsa toro.  
 mordeat ista tuas aliquando cura medullas,  
 daque locum nostris materiamque dolis.  
 45 ille potest uacuo furari litore harenas,  
 uxorem stulti si quis amare potest.  
 iamque ego praemoneo: nisi tu seruare puellam  
 incipis, incipiet desinere esse mea.  
 multa diuque tuli; speraui saepe futurum,  
 cum bene seruasses, ut bene uerba darem.  
 50 lentus es et pateris nulli patienda marito;  
 at mihi concessa finis amoris erit.  
 scilicet infelix numquam prohibebor adire?  
 nox mihi sub nullo uindice semper erit?  
 nil metuam? per nulla traham suspiria somnos?  
 55 nil facies, cur te iure perisse uelim?  
 quid mihi cum facili, quid cum lenone marito?  
 corrumpis uitio gaudia nostra tuo.  
 quoniam alium, quem tanta iuuat patientia, quaeris?  
 60 me tibi riualet si iuuat esse, ueta!

37 nouam elegiam inc. Sç 38 forem PYSç; fores ç; domum ç 41 quas PYω: quo Sç;  
 quid ç 42 ipsa PYSç; illa ω 43 aliquando PYSω: aliquid ç 44 daque PYç;  
 datque S<sup>1</sup>Vb<sup>1</sup>: detque S<sup>1</sup> (ex corr.) ç 47 iamque PYSω: iam te ç 52 concessa PYH:  
 concessi pySω 53 prohibebor pySω: prohibebo P (-bis ex corr. m. <sup>1</sup> [ut uid.]) Y 58  
 corrumpis...tuo ω: corrumpit...suo PYSç 59 iuuat ω: iuuat p (ut uid.) Yç; iubet  
 S quaeris PY: quaeres pSVb<sup>1</sup> (ut uid.): quaeras ω: quaere ç 60 iuuat ω: iuuat  
 ySAç<sup>1</sup>Va<sup>2</sup>: iubat P: iubet YC (u.l.)

## LIBER TERTIUS

## I

Stat uetus et multos incaedua silua per annos;  
 credibile est illi numen inesse loco.  
 fons sacer in medio speluncaque pumice pendens,  
 et latere ex omni dulce queruntur aues.  
 hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris  
 5 (quod mea, quaerebam, Musa moueret, opus),  
 uenit odoratos Elegia nexa capillos,  
 et, puto, pes illi longior alter erat.  
 forma decens, uestis tenuissima, uultus amantis,  
 et pedibus uitium causa decoris erat. 10  
 uenit et ingenti uiolenta Tragoedia passu:  
 fronte comae torua, palla iacebat humi;  
 laeua manus sceptrum late regale mouebat,  
 Lydius alta pedum uinclae cothurnus erat;  
 et prior 'ecquis erit' dixit 'tibi finis amandi,  
 15 o argumenti lente poeta tui?  
 nequitiam uinosa tuam conuiuia narrant,  
 narrant in multas compita secta uias.  
 saepe aliquis digito uatem designat euntem  
 atque ait "hic, hic est, quem ferus urit Amor!" 20  
 fabula, nec sentis, tota iactaris in Vrbe,  
 dum tua praeterito facta pudore refers.  
 tempus erat thyrsu pulsum grauiore moueri;  
 cessatum satis est; incipe maius opus.  
 materia premis ingenium; cane facta uirorum: 25  
 "haec animo" dices "area digna meo est."  
 quod tenerae cantent lusit tua Musa puellae,  
 primaque per numeros acta iuuenta suos.

I 1 incaedua PYS: incidua ω 3 medio PYSω: medio est ç 7 odoratos ySç; adoratos  
 PYç; adornatos ç; inornatos T elegia yω: elegeria PYSFpCva<sup>2</sup> 10 et PYTVa<sup>1</sup>: in Sω  
 12 humi PYSω: humo ç 13 mouebat PYSω: tenebat ç 14 lydius PYç; lidius Sω alta  
 PYSç; apta yç erat PYω: erant SD 15 ecquis erit dixit p (ut uid.) y; et quis erit dixit  
 PY: haec quis erit dixit Sç; haec dixit quis erit ç; (haec prior) et quis erit dixit ç amandi  
 PYSω: amator H: amoris W<sup>1</sup> 21 tota...urbe PYSω: toto...orbe Ea 22 praeterito  
 PYSω: postposito ç 26 digna yω: facta PYS: grata Ea 27 cantent PYω: cantant Sç

nunc habeam per te Romana Tragoedia nomen!  
implebit leges spiritus iste meas'. 30  
hactenus, et mouit pictis innixa cothurnis  
densum caesarie terque quaterque caput.  
altera, si memini, limis surrisit ocellis;  
fallor, an in dextra myrtea uirga fuit?  
'quid grauibus uerbis, animosa Tragoedia,' dixit 35  
'me premis? an numquam non grauis esse potes?  
imparibus tamen es numeris dignata moueri;  
in me pugnasti uersibus usa meis.  
non ego contulerim sublimia carmina nostris;  
obruit exiguas regia uestra fores. 40  
sum leuis, et mecum leuis est, mea cura, Cupido:  
non sum materia fortior ipsa mea.  
rustica sit sine me lasciui mater Amoris:  
huic ego proueni lena comesque deae.  
quam tu non poteris duro reserare cothurno, 45  
haec est blanditiis ianua laxa meis.  
per me decepto didicit custode Corinna  
liminis astricti sollicitare fidem 50  
delabique toro tunica uelata soluta  
atque impercussos nocte mouere pedes. 52  
et tamen emerui plus quam tu posse, ferendo 47  
multa supercilio non patienda tuo: 48  
uel quotiens foribus duris infixi pependi 53  
non uerita a populo praetereunte legi!  
quin ego me memini, dum custos saeuus abiret, 55  
ancillae miseram delituisse sinu.  
quid, cum me munus natali mittis, at illa  
rumpit et apposita barbara mergit aqua?  
prima tuae moui felicia semina mentis;  
munus habes, quod te iam petit ista, meum.' 60

30 iste  $\gamma\omega$ : ille  $T$ : ipse  $PYQVa^1$  37 es  $\gamma\omega$ : est  $PYSX$ : est es  $Ac$  40 obruit  $Py\omega$ : obruet  
 $S\zeta$ : obruunt  $Y$  (*ut uid.*) 43 sit  $PYS\zeta$ : fit  $\omega$  44 proueni  $PYS\omega$ : praeueni  $\zeta$ : perueni  $\zeta$   
45 poteris  $PYS\omega$ : poteris  $\zeta$  50 adstricti  $\gamma\omega$ : adstrictas  $P$ : adstrictis  $pY$  fidem  $PYS\zeta$ :  
forem  $\omega$ : fores  $\gamma Ac^2 N^2$  51 soluta  $PYS\zeta$ : recincta  $\zeta$  47-48 *post* 52 *ponendos censuit*  
*Kennedy* 53 uel  $PYSAb^1$  (*incert.*)  $H$ : a  $\omega$ : o  $Pc^1 Z$ : et  $T$  infixi  $Vb$ : confixa  $Md$ : incisa  
 $PY\omega$ : illisa  $S\zeta$ : concisa  $\zeta$ : conscissa  $D$  56 miseram  $VbJhLe$ : missam  $PYS$  (- $\bar{u}m$ )  $\omega$  57  
mittis  $PYS$ : misit  $\omega$  at illa  $\gamma\omega$ : ad illa (-am  $S$ )  $PYS$  58 rumpit  $PYAc$  ( $m.^2$ , *ut uid.*):  
rupit  $\gamma\omega$  mergit  $N$ , *Housman*: mersit  $PYS\omega$ : misit  $\zeta$ : mersat *Ehwald* 60 habes  $\gamma\omega$ :  
habet  $PYS\zeta$  quod  $PY\omega$ : que  $S$ : quo  $\zeta$

desierat; coepi 'per uos utramque rogamus,  
in uacuas aures uerba timentis eant.  
altera me sceptro decoras altoque cothurno:  
iam nunc contracto magnus in ore sonus.  
altera das nostro uicturum nomen amori: 65  
ergo ades et longis uersibus adde breues!  
exiguu uati concede, Tragoedia, tempus:  
tu labor aeternus; quod petit illa, breue est.'  
mota dedit ueniam, teneri properentur Amores,  
dum uacat: a tergo grandius urget opus. 70

## II

Non ego nobilium sedeo studiosus equorum;  
cui tamen ipsa faues, uincat ut ille, precor.  
ut loquerer tecum, ueni, tecumque sederem,  
ne tibi non notus, quem facis, esset amor.  
tu cursus spectas, ego te; spectemus uterque 5  
quod iuuat atque oculos pascat uterque suos.  
o, cuicumque faues, felix agitator equorum!  
ergo illi curae contigit esse tuae?  
hoc mihi contingat, sacro de carcere missis  
insistam forti mente uehendus equis 10  
et modo lora dabo, modo uerbere terga notabo,  
nunc stringam metas interiore rota;  
si mihi currenti fueris conspecta, morabor,  
deque meis manibus lora remissa fluent.  
a, quam paene Pelops Pisaea concidit hasta, 15  
dum spectat uultus, Hippodamia, tuos!

61 desierat  $PYS\omega$ : desierant  $\zeta$  utramque  $PYS\omega$ : utrasque  $\zeta$  62 aures  $PYS\zeta$ : auras  $\omega$   
64 contracto  $\gamma\zeta$ : contacto  $PYS\zeta$ : contractor  $\zeta$ : at toto  $Vb$ : iam toto  $T$ : in toto (*gratior*  
*orbe canor*)  $Z$  ore  $PYS\zeta$ : orbe  $\gamma\omega$  65 nostro  $\gamma\omega$ : nostrum  $PY\zeta$  70 uacat  $\gamma\omega$ :  
uocat  $PY$  (*ut uid.*)  $B^1 X$  (*ut uid.*)

II 1 sedeo  $PYS\omega$ : uenio  $\gamma\zeta$ : ueni  $Vb$  studiosus  $PYS\zeta$ : spectator  $\gamma\omega$  5 cursus  $PKbMb$ :  
cursum  $YS\omega$ : cursum *Bentley* spectas  $PYS\omega$ : spectes  $\zeta$  7 faues  $\gamma\omega$ : fauet  $PYS$  8 tuae  
 $P$  (*ut uid.*)  $YS\omega$ : meae  $\zeta$  13 conspecta  $PY\zeta$ : suspecta  $S$ : spectata  $\zeta$  14 fluent  $PY\omega$ :  
ruent  $SZ$ : cadent  $\zeta$  15 a (ah, ha)  $\gamma\omega$ : at  $PY\zeta$ : ad  $S$ : o  $Ea$  pisaea...hasta  $PS\zeta$ : pisaeo...  
axe  $\gamma\omega$ : pissaea...astra  $Y$  16 ippodamia  $\gamma S$  (hipo-)  $F^1$  (hypo-)  $Pc$ : ypodamia  $DVB^1$ :  
hippodamea  $PY$  (ippo-): ypodomia *uel sim.*  $\omega$

nempe fauore suae uicit tamen ille puellae:  
 uincamus dominae quisque fauore suae!  
 quid frustra refugis? cogit nos linea iungi;  
 haec in lege loci commoda Circus habet. 20  
 tu tamen a dextra, quicumque es, parce puellae;  
 contactu lateris laeditur ista tui.  
 tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura,  
 si pudor est, rigido nec preme terga genu.  
 sed nimium demissa iacent tibi pallia terra: 25  
 collige, uel digitis en ego tollo meis.  
 inuida, uestis, eras, quae tam bona crura tegebas;  
 quoque magis spectes — inuida, uestis, eras.  
 talia Milanion Atalantes crura fugacis 30  
 optauit manibus sustinuisse suis;  
 talia pinguntur succinctae crura Dianae,  
 cum sequitur fortes fortior ipsa feras.  
 his ego non uisis arsi; quid fiet ab ipsis?  
 in flammam flammis, in mare fundis aquas.  
 suspicor ex istis et cetera posse placere, 35  
 quae bene sub tenui condita ueste latent.  
 uis tamen interea faciles arcessere uentos,  
 quos faciet nostra mota tabella manu?  
 an magis hic meus est animi, non aeris, aestus,  
 captaque femineus pectora torret amor? 40  
 dum loquor, alba leui sparsa est tibi puluere uestis:  
 sordide de niueo corpore puluis abi!  
 sed iam pompa uenit: linguis animisque fauete!  
 tempus adest plausus: aurea pompa uenit.  
 prima loco fertur passis Victoria pinnis: 45  
 huc ades et meus hic fac, dea, uincat amor!  
 plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis!  
 nil mihi cum pelago; me mea terra capit.

21 dextra PYω: latere Sϕ parce PYSω: parte ϕ 22 ista PYω: illa Sϕ 24 rigido...genu  
 Sω: rigida...manu PYS (u.l. m.) C<sup>1</sup> nec PYSϕ: ne ϕ 25 demissa Sϕ: dimissa  
 PYϕ tibi PYϕ: tua Sω terra PYSϕ: terrae ω 29 Milanion Heinsius (mel- iam  
 Politianus): melanyon Kh (u.l.): menalion PYSω: mimalion ϕ Atalantes Heinsius:  
 atalantis uel sim. PYSω: atalante ϕ 33 ipsis Müller: istis codd. 37 faciles PYSω:  
 tenues ϕ arcessere PYSω: accersere ϕ: accessere ϕ: arecere N 38 faciet yω: faciat ϕ:  
 facies PY: facias S 39 meus est animi PYSϕ: animi meus est ϕ 41 leui PYC: breui ϕ:  
 nigro ySϕ 43 linguis PYSω: linguisque Cψ 45 passis PYSϕ: sparsis ω 48 capit  
 PYSϕ: tenet ϕ

plaude tuo Marti, miles! nos odimus arma;  
 pax iuuat et media pace repertus amor. 50  
 auguribus Phoebus, Phoebe uenantibus assit!  
 artifices in te uerte, Minerua, manus!  
 ruricolae, Cereri teneroque assurgite Baccho!  
 Pollucem pugiles, Castora placet eques!  
 nos tibi, blanda Venus, puerisque potentibus arcu 55  
 laudimus: inceptis annue, diua, meis  
 daque nouae mentem dominae, patiatur amari;  
 annuit et motu signa secunda dedit.  
 quod dea promisit, promittas ipsa rogamus:  
 pace loquar Veneris, tu dea maior eris. 60  
 per tibi tot iuro testes pompamque deorum  
 te dominam nobis tempus in omne peti.  
 sed pendent tibi crura: potes, si forte iuuabit,  
 cancellis primos inseruisse pedes.  
 maxima iam uacuo praetor spectacula Circo 65  
 quadriiugos aequo carcere misit equos.  
 cui studeas, uideo; uincet, quicumque fauebis;  
 quid cupias, ipsi scire uidentur equi.  
 me miserum! metam spatioso circuit orbe.  
 quid facis? admoto proximus axe subit! 70  
 quid facis, infelix? perdis bona uota puellae;  
 tende, precor, ualida lora sinistra manu!  
 fauimus ignauo. sed enim reuocate, Quirites,  
 et date iactatis undique signa togis!  
 en reuocant; ac ne turbet toga mota capillos, 75  
 in nostros abdas te licet usque sinus.  
 iamque patent iterum reserato carcere postes,  
 euolat admissis discolor agmen equis.  
 nunc saltem supera spatioso insurge patienti!  
 sint mea, sint dominae fac rata uota meae! 80

49 marti miles PYSω: miles marti ϕ 55 puerisque...arcu PYS: puerique...armis ω 57  
 nouae PYSϕ: nouam ω dominae PYSω: dominae ut ϕ 60 loquar PYSω: loquor ϕ  
 62 dominam nobis PYω: nobis dominam S 63 iuuabit ySω: iuuauit PY 64 inseruisse  
 PYSϕ: imposuisse yϕ 66 quadriiugos PS (-riuos) ϕ: quadri iugo Y: quadriiuges yω  
 68 quid PYSϕ: quod y (ut uid.) ω 70 subit PYS (t euand. aut eras.) ω: subis Ea: subi yϕ  
 73 enim PYSϕ: eum ω: iam D 75 ac ne pPc (u.l.) KbMc: agne PY: at ne ϕ: et ne ySϕ: sed  
 ne Vb 76 abdas PYϕ: addas Sϕ 78 euolat PSω: et uolat yϕ: etuoluit Y 80 fac rata  
 (sacrata Y, dist. y) uota Yω: sacrata uota P: uota sacrata Ob: sat rata uota SDZ: sat uota  
 rata H

sunt dominae rata uota meae, mea uota supersunt;  
 ille tenet palmam, palma petenda mea est.  
 risit et argutis quiddam promisit ocellis:  
 hoc satis est, alio cetera redde loco!

## III

Esse deos, i, crede: fidem iurata fefellit,  
 et facies illi, quae fuit ante, manet.  
 quam longos habuit nondum periura capillos,  
 tam longos, postquam numina laesit, habet.  
 candida, candorem roseo suffusa rubore,  
 ante fuit: niueo lucet in ore rubor.  
 pes erat exiguus: pedis est artissima forma.  
 longa decensque fuit: longa decensque manet.  
 argutos habuit: radiant ut sidus ocelli,  
 per quos mentita est perfida saepe mihi.  
 scilicet aeterno falsum iurare puellis  
 di quoque concedunt, formaque numen habet.  
 perque suos illam nuper iurasse recordor  
 perque meos oculos - et dolere mei!  
 dicite, di, si uos impune fefellerat illa,  
 alterius meriti cur ego damna tuli?  
 at non inuidiae uobis Cepheia uirgo est  
 pro male formosa iussa parente mori?  
 non satis est, quod uos habui sine pondere testes  
 et mecum lusos ridet inulta deos?  
 ut sua per nostram redimat periuria poenam,  
 uictima deceptus decipientis ero?  
 aut sine re nomen deus est frustra que timetur  
 et stulta populos credulitate mouet,

82 mea PY; mihi S; 83 argutis...ocellis *codd.*: arguto...ocello *Hieronimus Epist.*  
 123.4 84 est PY; hic S;

III 1 i crede *Heinsius*: hic crede *PYSH*: credamne yw 4 laesit *PYS*: lusit c 7  
 artissima *PYS*: aptissima c 11 aeterno *PYS* (o in i fortasse mutat.) c; aeterni yw:  
 aeternum c 14 et *PYS*: en y; sed *W*<sup>1</sup>: ter *Ob* 15 dicite *PY*: discite *S* fefellerat  
*PYS*: fefellerit w illa *PY*: ista *S* 17 at *YS*: ad *P*: an c 20 lusos *Py* (-or *Y*) *S*:  
 laesos *X*, *Bentley*

aut, si quis deus est, teneras amat ille puellas: 25  
 nimirum solas omnia posse iubet.  
 nobis fatifero Mauors accingitur ense,  
 nos petit inuicta Palladis hasta manu,  
 nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus, 30  
 in nos alta Iouis dextera fulmen habet;  
 formosas superi metuunt offendere laesi  
 atque ultro, quae se non timere, timent.  
 et quisquam pia tura focis imponere curat?  
 certe plus animi debet inesse uiris.  
 Iuppiter igne suo lucos iaculatur et arces 35  
 missaque periuras tela ferire uetat.  
 tot meruere peti: Semele miserabilis arsit;  
 officio est illi poena reperta suo;  
 at si uenturo se subduxisset amanti,  
 non pater in Baccho matris haberet opus. 40  
 quid queror et toto facio conuicia caelo?  
 di quoque habent oculos, di quoque pectus habent.  
 si deus ipse forem, numen sine fraude liceret  
 femina mendaci falleret ore meum;  
 ipse ego iurarem uerum iurasse puellas 45  
 et non de tetricis dicerer esse deus.  
 tu tamen illorum moderatius utere dono,  
 aut oculis certe parce, puella, meis.

## IV

Dure uir, imposito tenerae custode puellae  
 nil agis; ingenio est quaeque tuenda suo.  
 si qua metu dempto casta est, ea denique casta est;  
 quae, quia non liceat, non facit, illa facit.

25 quis *PYS*: quid *BLc* 26 nimirum *Némethy*: et nimium *codd.* 29 flexibiles  
 curuantur *PYS*: flexibilis curuatur *yKe* 33 et *P* (ut *uid.*) *YS*: en c; cur c 35 suo  
*PYS*: suos *B*, *Bentley* 37 meruere *yS*: metuere *PY* peti *PYS*: pati c 40 opus  
*PYCVa*<sup>2</sup>: onus *S* 41 toto *PYS*: toti w 45 iurasse *S*: iurare *PY*: dixisse *DPhW*<sup>2</sup>  
 46 de tetricis *Py* (-e te- ex *corr.*) w: de tetricis *Z*: de triuiis *S*: de duris c; deterius *H*: de *Y*  
*incert.* dicerer *PY*: diceret *S* deus *PYS*: deis y; 47 moderatius *PYS*:  
 moderantius c

IV 2 ingenio est...suo *PYCVa*: ingenio...suo est *S* 4 liceat (licuit *X*)...facit...facit  
*codd.*: licuit...dedit...dedit *Seneca Benef.* 4.14.1

ut iam seruaris bene corpus, adultera mens est 5  
 nec custodiri, ne uelit, illa potest;  
 nec corpus seruare potes, licet omnia claudas:  
 omnibus exclusis intus adulter erit.  
 cui peccare licet, peccat minus; ipsa potestas  
 semina nequitiae languidiora facit. 10  
 desine, crede mihi, uitia irritare uetando;  
 obsequio uinces aptius illa tuo.  
 uidi ego nuper equum contra sua uincla tenacem  
 ore reluctanti fulminis ire modo;  
 constitit, ut primum concessas sensit habenas 15  
 frenaque in effusa laxa iacere iuba.  
 nitimur in uetitum semper cupimusque negata:  
 sic interdictis imminet aeger aquis.  
 centum fronte oculos, centum ceruice gerebat  
 Argus, et hos unus saepe fefellit Amor; 20  
 in thalamum Danae ferro saxoque perennem  
 quae fuerat uirgo tradita, mater erat;  
 Penelope mansit, quamuis custode carebat,  
 inter tot iuuenes intemerata procos.  
 quicquid seruatur, cupimus magis, ipsaque furem 25  
 cura uocat; pauci, quod sinit alter, amant.  
 nec facie placet illa sua, sed amore mariti:  
 nescioquid, quod te ceperit, esse putant.  
 non proba fit, quam uir seruat, sed adultera cara:  
 ipse timor pretium corpore maius habet. 30  
 indignere licet, iuuat inconcessa uoluptas:  
 sola placet, 'timeo!' dicere si qua potest.  
 nec tamen ingenuam ius est seruare puellam;  
 hic metus externa corpora gentis agat.  
 scilicet ut possit custos 'ego' dicere 'feci', 35  
 in laudem serui casta sit illa tui!

5 seruaris PYSω: conserues ζ 6 ne PY: ni ySω illa ζ: ulla PYSζ: ipsa H 7 corpus  
 PYSζ: mentem yω 8 exclusis PYω: oclusis SAbVb: inclusis ζ 11 irritare PYω:  
 inuitare SD 12 illa PYP<sup>2</sup>HQ<sup>2</sup>: ipse Sω 13 uincla PYSω: frena ζ 14 ore ySω: ora  
 PY fulminis PYω: fluminis Sζ 16 effusa...iuba PYSζ: effusas...iubas yζ 20 argus  
 PYSω: argos HLa saepe codd.: nempe Heinsius olim 21 thalamum PYSζ: thalamo ζ:  
 turrim Z ferro saxoque PYζ: saxo ferroque Sω perennem PYSζ: perenni ζ 22  
 tradita PYSω: credita ζ 23 carebat PYSω: careret ζ 24 tot iuuenes (-num C) PYC:  
 tam multos ySω 26 cura PYSω: praeda yζ 27 amore yω: more PYS 29 fit ω: sit  
 PYSζ cara PYSζ: cara est ω: tantum est y

rusticus est nimium, quem laedit adultera coniunx,  
 et notos mores non satis Urbis habet,  
 in qua Martigenae non sunt sine crimine nati  
 Romulus Iliades Iliadesque Remus. 40  
 quo tibi formosam, si non nisi casta placebat?  
 non possunt ullis ista coire modis.  
 si sapis, indulge dominae uultusque seueros  
 exue nec rigidi iura tuere uiri  
 et cole quos dederit (multos dabit) uxor amicos: 45  
 gratia sic minimo magna labore uenit;  
 sic poteris iuuenem conuiuia semper inire  
 et, quae non dederis, multa uidere domi.

## [V]

['Nox erat et somnus lassos summisit ocellos;  
 terruerunt animum talia uisa meum:  
 colle sub aprico creberrimus ilice lucus  
 stabat, et in ramis multa latebat auis.  
 area gramineo suberat uiridissima prato, 5  
 umida de guttis lene sonantis aquae.  
 ipse sub arboreis uitabam frondibus aestum,  
 fronde sub arborea sed tamen aestus erat.  
 ecce, petens uariis immixtas floribus herbas,  
 constitit ante oculos candida uacca meos, 10  
 candidior niuibus tum cum cecidere recentes,  
 in liquidas nondum quas mora uertit aquas,  
 candidior, quod adhuc spumis stridentibus albet  
 et modo siccata, lacte, reliquit ouem.  
 taurus erat comes huic, feliciter ille maritus, 15  
 cumque sua teneram coniuge pressit humus.  
 dum iacet et lente reuocatas ruminat herbas  
 atque iterum pasto pascitur ante cibo,

41 quo PYSζ: quid ω formosam PYζ: formosa ySω placebat PYSω: placebit ζ 47  
 inire PYSω: adire AcMm 48 dederis PYSω: tuleris ζ

V haec elegia Ouidi non est; u. comment. hic tradunt PYSζ: post II v Dψ: post III viii Vb:  
 post III ix Pc: post III xiii Ac: separatim ζ; inuenitur et in aliis qui Amores non continent  
 (u. p. 132) 2 terruerunt PY: terruerant pSω 3 creberrimus pySX: creuerimus PY:  
 celeberrimus ω 11 tum SUX: tunc PYω 14 reliquit Sω: relinquit PYζ 17 dum iacet  
 et PYω: dumque iacet SX 18 affert et Ouidio attribuit Seru. auct. ad Verg. Ecl.  
 6.54 pasto Sω, Seru. auct.: factio PY

uisus erat, somno uires adimente ferendi,  
 cornigerum terra deposuisse caput. 20  
 huc leuibus cornix pinnis delapsa per auras  
 uenit et in uiridi garrula sedit humo  
 terque bouis niueae petulanti pectora rostro  
 fodit et albentes abstulit ore iubas.  
 illa locum taurumque diu cunctata reliquit, 25  
 sed niger in uaccae pectore liuor erat;  
 utque procul uidit carpentes pabula tauros  
 (carpebant tauri pabula laeta procul),  
 illuc se rapuit gregibusque immiscuit illis  
 et petiit herbae fertilioris humum. 30  
 dic age, nocturnae, quicumque es, imaginis augur,  
 si quid habent ueri, uisa quid ista ferant.  
 sic ego; nocturnae sic dixit imaginis augur,  
 expendens animo singula dicta suo:  
 'quem tu mobilibus foliis uitare uolebas, 35  
 sed male uitabas, aestus amoris erat.  
 uacca puella tua est: aptus color ille puellae;  
 tu uir et in uacca compare taurus eras.  
 pectora quod rostro cornix fodiebat acuto,  
 ingenium dominae lena mouebit anus. 40  
 quod cunctata diu taurum sua uacca reliquit,  
 frigidus in uiduo destituere toro.  
 liuor et aduerso maculae sub pectore nigrae  
 pectus adulterii labe carere negant.'  
 dixerat interpres; gelido mihi sanguis ab ore 45  
 fugit, et ante oculos nox stetit alta meos.]

## VI

Amnis harundinibus limosas obsite ripas,  
 ad dominam propero; siste parumper aquas.

19 ferendi ω: ferenti PYSϚ 20 terra PYSϚ: terrae ω 21 huc PYSω: huic Ϛ 26 niger Sω: nihil PY 30 humum PYSϚ: opem ω 31 augur Py (-gor Y) Sω: auctor Ϛ 33 augur PYSω: auctor Ϛ 34 expendens P (ut uid.) YSϚ: excendens Xb: excedens Ϛ: expediens Ϛ: exponens Ϛ 38 eras γSω: erat PYπ 40 mouebit SϚ: mouebat P (ut uid.) YϚ 42 uiduo PYω: uacuo SϚ 46 stetit PYSω: fuit Vbπ: erat F alta PYSω: atra Ϛ

VI 2 aquas YSω: aquam Ϛ: de P incert.

nec tibi sunt pontes nec quae sine remigis ictu  
 concaua traiecto cumba rudente uehat. 5  
 paruus eras, meministi, nec te transire refugii,  
 summaque uix talos contigit unda meos;  
 nunc ruis appposito niuibus de monte solutis  
 et turpi crassas gurgite uoluis aquas.  
 quid properasse iuuat, quid parca dedisse quieti 10  
 tempora, quid nocti conseruisse diem,  
 si tamen hic standum est, si non datur artibus ullis  
 ulterior nostro ripa premenda pedi?  
 nunc ego, quas habuit pinna Danaeius heros,  
 terribili densum cum tulit angue caput, 15  
 nunc opto currum, de quo Cerealia primum  
 semina uenerunt in rude missa solum.  
 prodigiosa loquor, ueterum mendacia uatum:  
 nec tulit haec umquam nec feret ulla dies.  
 tu potius, ripis effuse capacibus amnis, 20  
 (sic aeternus eas) labere fine tuo!  
 non eris inuidiae, torrens, mihi crede, ferendae,  
 si dicar per te forte retentus amans. 25  
 flumina debebant iuuenes in amore iuuare:  
 flumina senserunt ipsa, quid esset amor.  
 Inachus in Melie Bithynide pallidus isse  
 dicitur et gelidis incaluisse uadis. 30  
 nondum Troia fuit lustris obsessa duobus,  
 cum rapuit uultus, Xanthe, Neaera tuos.  
 quid? non Alpheon diuersis currere terris  
 uirginis Arcadiae certus adegit amor? 35  
 te quoque promissam Xutho, Penee, Creusam  
 Pthiotum terris oculuisse ferunt.  
 quid referam Asopon, quem cepit Martia Thebe,  
 natarum Thebe quinque futura parens?

4 cumba PY: cymba SϚ: cimba γω 7 appposito γϚ: appositos PY: appositis Sω 9 parca PY (ut uid.) F: pauca γSω: parua Ϛ 12 pedi Ϛ: pede PYω: die S 13 danaeius P (ut uid.) YPc (ex corr. m.) W (ut uid.): daneius pSω 14 cum tulit YSω: contulit PϚ 16 uenerunt PYSω: creuerunt Ϛ 18 haec PYω: hoc SϚ umquam PYSω: nec fert Ϛ 23 debebant YSϚ: deberent ω: de P incert. 25 melie Py (ut uid.): -iae Y): meliē S: melia N²ψ: media Y⁴ω isse PYSω: esse Ϛ 27 obsessa Pω: oppressa YSϚ 31 Xutho Heinsius: xantho codd. penee γω: penee hi PY: obsecrante SHPf: oponee, peonee, pheneu, phitee, phynee, sine fine Ϛ 32 pthiotum Y, Knoche (Pthiotum iam Scaliger): p/hiotum P: pithiodum Ϛ: pthiadum γ: pithiadum SϚ: phiciadum uel sim. ω

cornua si tua nunc ubi sint, Acheloe, requiram,  
 Herculis irata fracta querere manu;  
 nec tanti Calydon nec tota Aetolia tanti,  
 una tamen tanti Deianira fuit.  
 ille fluens diues septena per ostia Nilus,  
 qui patriam tantae tam bene celat aquae,  
 fertur in Euanthe collectam Asopide flammam  
 uincere gurgitibus non potuisse suis.  
 siccus ut amplecti Salmonida posset, Enipeus  
 cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.  
 nec te praetereo, qui per caua saxa uolutans  
 Tiburis Argei pomifer arua rigas,  
 Ilia cui placuit, quamuis erat horrida cultu,  
 ungue notata comas, ungue notata genas.  
 illa, gemens patrique nefas delictaque Martis,  
 errabat nudo per loca sola pede.  
 hanc Anien rapidis animosus uidit ab undis  
 rauaque de mediis sustulit ora uadis  
 atque ita 'quid nostras' dixit 'teris anxia ripas,  
 Ilia, ab Idaeo Laomedonte genus?  
 quo cultus abiere tui? quid sola uagaris,  
 uitta nec euinctas impedit alba comas?  
 quid fles et madidos lacrimis corrumpis ocellos  
 pectoraque insana plangis aperta manu?  
 ille habet et silices et uiuum in pectore ferrum,  
 qui tenero lacrimas lentus in ore uidet.  
 Ilia, pone metus! tibi regia nostra patebit  
 teque colent amnes: Ilia, pone metus!  
 tu centum aut plures inter dominabere nymphas,  
 nam centum aut plures flumina nostra tenent.

35 sint PYSç; sunt ω requiram PYSω; requiras ç 37 tota...tanti PYSç; tanti...tota ç  
 40 tantae...aquae PYSω: tanta...aqua ç 41 euanthe y, *Riese*: euante Ty: euantem CH:  
 ebanthe PY: ebathe Va<sup>1</sup>: ebante S: euadne Pc: euathie X: euanne uel euagne uel sim.  
 ω asopide y (asap-, in marg.) ç; esopide P (aes-) y (-iae Y) S (in es-) ç; asopida Ac:  
 esopida ç 45 uolutans PYç; uolutus Sç 46 argei ω: argoi PYAb (ut uid.) X: argiua S:  
 actei H pomifer Py (-fera [rua] Y) Sω: pomifera ψ: spumifer ç; pinifer F<sup>2</sup> (pinn-) T  
 47 cultu PYSç; uultu ç 48 comas...genas PYSω: genas...comas ç 49 delictaque yω:  
 delectaque PY: dilectaque SOB<sup>2</sup> martis yω: marti PY (ut uid.) SOB<sup>1</sup> (ut uid.): matris ç  
 51 anien PY (ex-iem): amnis S<sup>2</sup>ω: autem S<sup>1</sup> ab PYç; in Sω 54 laomedonte P (ut uid.)  
 y (-donae Y) Sω: laumedonte uel sim. ç 56 euinctas PYSω: incultas ç alba PYSω:  
 ulla ç 57 madidos PYSω: teneros Q<sup>2</sup>VbW 58 plangis PYEaT: tundis Sω aperta  
 PYç; acerba Sç; inepta Pb 59 uiuum PYS: durum yω 60 lentus PYSVa: letus  
 ω 62 amnes PYω: omnes SZ

ne me sperne, precor, tantum, Troiana propago:  
 munera promissis uberiora feres'.  
 dixerat; illa oculos in humum deiecta modestos  
 spargebat tepido flebilis imbre sinus;  
 ter molita fugam ter ad altas restitit undas,  
 currendi uires eripiente metu;  
 sera tamen scindens inimico pollice crinem  
 edidit indignos ore tremente sonos:  
 'o utinam mea lecta forent patrioque sepulchro  
 condita, cum poterant uirginis ossa legi!  
 cur, modo Vestalis, taedas inuitor ad ulla,  
 turpis et Iliacis infitianda focus?  
 quid moror et digitis designor adultera uulgi?  
 desint famosus quae notet ora pudor!  
 hactenus, et uestem tumidis praetendit ocellis  
 atque ita se in rapidas perdita misit aquas;  
 supposuisse manus ad pectora lubricus amnis  
 dicitur et socii iura dedisse tori.  
 te quoque credibile est aliqua caluisse puella,  
 sed nemora et siluae crimina uestra tegunt.  
 dum loquor, increuit latis spatiosus in undis,  
 nec capit admissas alueus altus aquas.  
 quid mecum, furiose, tibi? quid mutua differs  
 gaudia? quid coeptum, rustice, rumpis iter?  
 quid, si legitimum flueres, si nobile flumen,  
 si tibi per terras maxima fama foret?  
 nomen habes nullum, riuis collecte caducis,  
 nec tibi sunt fontes nec tibi certa domus;  
 fontis habes instar pluuiamque niuesque solutas,  
 quas tibi diuitias pigra ministrat hiemps;  
 aut lutulentus agis brumali tempore cursus  
 aut premis arentem puluerulentus humum.

65 ne PYç; nec ySç; non ç troiana ç; romana PYSω 67 deiecta ySω: delecta PYN:  
 defixa Pfw 68 tepido ySω: tepidos ç; teneros PYç 70 currendi PYω: currenti SAb  
 71 crinem PYω: crines Sç 72 tremente ySω: fremente Y: premente P 73 lecta  
 Heinsius: tecta codd. 74 cum PYC: dum Sω legi PY: legit/ S<sup>1</sup> (ut uid.): tegi yS<sup>2</sup>ω 75  
 modo PYSç; ego ç 76 infitianda Pç; inficianda Yç; inficienda Sç 78 desint PY: desit  
 pySω quae PYS: qui yω notet PYS (na-) ç; notat ç pudor PYSω: rubor ç 79  
 tumidis PYSF<sup>2</sup>PfPh: timidus ω 80 rapidas PYω: rabidas S 83 caluisse PYSω:  
 incaluisse yç 85 latis spatiosus in undis PYω: latis spatiosius undis La: latis spatiosior  
 undis Bentley: latas spatiosus in undas Kenney 93 pluuiamque PYSç; pluuiasque ω

quis te tum potuit sitiens haurire uiator?  
 quis dixit grata uoce 'perennis eas'?  
 damnosus pecori curris, damnosior agris:  
 forsitan haec alios, me mea damna mouent. 100  
 huic ego uae demens narrabam fluminum amores?  
 iactasse indigne nomina tanta pudet.  
 nescioquem hunc spectans Acheloon et Inachon amnem  
 et potui nomen, Nile, referre tuum?  
 at tibi pro meritis opto, non candide torrens, 105  
 sint rapidi soles siccaque semper hiemps!

## VII

At non formosa est, at non bene culta puella,  
 at, puto, non uotis saepe petita meis?  
 hanc tamen in nullos tenui male languidus usus,  
 sed iacui pigro crimem onusque toro  
 nec potui cupiens, pariter cupiente puella, 5  
 inguinis effeti parte iuuante frui.  
 illa quidem nostro subiecit eburnea collo  
 brachia, Sithonia candidiora niue,  
 osculaque inseruit cupida luctantia lingua  
 lasciuum femori supposuitque femur 10  
 et mihi blanditias dixit dominumque uocauit  
 et quae praeterea publica uerba iuuant.  
 tacta tamen ueluti gelida mea membra cicuta  
 segnia propositum destituere meum.  
 truncus iners iacui, species et inutile pondus, 15  
 et non exactum, corpus an umbra forem.

97 tum *PY* (*ut uid.*): cum *pS*: umquam *yō* sitiens *ySō*: totiens *PY* 98 dixit grata *PYS*: grata dixit  $\zeta$  101 uae *PYō*: uel *SZ*: ne *N*<sup>1</sup>: ut *X*: quos *C* (*ex tam*) *Va*<sup>1</sup>: cur *Ea* (*ut uid.*) narrabam *PSō*: narraui  $\zeta$ : narrabo *YH* 102 indigne *PYSF*<sup>1</sup>*H*: indigno  $\omega$  103 hunc *PYS*: *om.*  $\omega$  amnem *PS*: amnes *y* (*amme Y*)  $\zeta$  106 rapidi *Py* (*-is Y*) *Sō*: rabidi *FN*

VII 1 at *PYSPc*: aut *yō* at *p* (*ad P*) *YSPc*: aut *yō* 2 at *PYS*: aut *yō* 6 effeti *y*: effecti *PYS*  $\zeta$  9 cupida...lingua  $\omega$ : cupidis...linguis *PbPc*<sup>1</sup>: cupide...linguis *PYS*: cupide...lingua *T*: cupide...lingue *W* 10 supposuitque *pySō*: supposuique *P*: /posuique *Y*: supposuisse  $\zeta$  13 ueluti gelida *PYS*: gelida ueluti  $\zeta$  15 pondus *PYS*: lignum  $\zeta$ : corpus *Ea* 16 et non *PYSō*: nec satis  $\zeta$ : non satis *C* (*u.l.*) *QVb* exactum *PYS*: exactum est *yō*

quae mihi uentura est, siquidem uentura, senectus,  
 cum desit numeris ipsa iuuenta suis?  
 a, pudet annorum! quo me iuuenemque uirumque?  
 nec iuuenem nec me sensit amica uirum. 20  
 sic flammis aditura piis aeterna sacerdos  
 surgit et a caro fratre uerenda soror.  
 at nuper bis flaua Chlide, ter candida Pitho,  
 ter Libas officio continuata meo est;  
 exigere a nobis angusta nocte Corinnam, 25  
 me memini numeros sustinuisse nouem.  
 num mea Thessalico languent deuota ueneno  
 corpora? num misero carmen et herba nocent?  
 sagaue poenicea defixit nomina cera  
 et medium tenues in iecur egit acus? 30  
 carmine laesa Ceres sterilem uanescit in herbam,  
 deficiunt laesi carmine fontis aquae;  
 ilicibus glandes cantataque uitibus uua  
 decidit et nullo poma mouente fluunt.  
 quid uetat et neruos magicas torpere per artes? 35  
 forsitan impatiens fit latus inde meum.  
 huc pudor accessit facti: pudor ipse nocebat;  
 ille fuit uitii causa secunda mei.  
 at qualem uidi tantum tetigique puellam!  
 sic etiam tunica tangitur illa sua. 40  
 illius ad tactum Pylius iuuenescere possit  
 Tithonosque annis fortior esse suis.  
 haec mihi contigerat, sed uir non contigit illi.  
 quas nunc concipiam per noua uota preces?

17 siquidem *PYS*: si qua est  $\zeta$  19 a (*ah, ha*) *PYō*: at *SF*<sup>1</sup> (*ut uid.*) quo *PYSHVa*<sup>1</sup>: quod  $\omega$ : qui *D* 20 amica *PYō*: amata *S* 23 chlide *pY*: clide *PVa*<sup>1</sup>: chie *Sō*: chio, chye, die, tethe (*ut uid.*), tibe  $\zeta$  ter *PYSō*: bis  $\zeta$  pitho *PY*: phito *uel sim.* *Sō*: phithe *uel piche uel sim.*  $\zeta$  26 me memini *PYS*: me memini et  $\zeta$ : et memini  $\zeta$  27 num *PYS*: nun *y*: nunc  $\zeta$ : non  $\zeta$  28 num *PYS*: nunc  $\zeta$ : non  $\zeta$  carmen *Py* (*-nem Y*) *Sō*: uirus  $\zeta$  29 sagaue *PYS*: sagaue  $\zeta$  poenicea *Heinsius*: phoenicea *PY*: punicea  $\omega$ : sanguinea *S*: uenefica *Pc* (*-ia*) *Va*<sup>1</sup> defixit *PYS*: definxit  $\zeta$  30 medium *PYSō*: miserum  $\zeta$  egit *PYS*: urget  $\zeta$  32 laesi *PYS*: laesae  $\zeta$  34 fluunt *PYSō*: cadunt  $\zeta$  35 quid *PYS*: quis  $\zeta$  torpere *PYSō*: languere  $\zeta$  36 fit  $\omega$ : sit *PYS*: est *H* 39 tantum *PY* (*ut uid.*) *S*: quantam  $\zeta$ : qualem *yō*: tangam *H* tetigique *ySō*: cecidique *PY* (*ut uid.*): titici *P* (*litt. grand. in marg.*) 41 ad tactum *PS*: ad tactus *CVa*<sup>2</sup>: tactu *Y* (*adt-*)  $\zeta$ : a tactu  $\omega$  pylus *Y*: pillus  $\omega$ : pylus *P*: pillus *S*: pilus *Vb*: pithius *CVa*<sup>1</sup>: peleus *F*<sup>1</sup>*H*: Pelias *Burman* possit *PYSCPh*: posset  $\omega$  42 tithonosque *PYS* (*ut uid.*): tithonusque  $\omega$  43 contigerat *PYō*: contigerant *SN* (*ut uid.*) *Ph*



credo etiam magnos, quo sum tam turpiter usus, 45  
 muneris oblatis paenituisse deos.  
 optabam certe recipi: sum nempe receptus;  
 oscula ferre: tuli; proximus esse: fui.  
 quo mihi fortunae tantum? quo regna sine usu?  
 quid, nisi possedi diues auarus opes? 50  
 sic aret mediis taciti uulgator in undis  
 pomaque, quae nullo tempore tangat, habet.  
 a tenera quisquam sic surgit mane puella,  
 protinus ut sanctos possit adire deos?  
 †sed, puto, non blanda†, non optima perdidit in me 55  
 oscula, non omni sollicitauit ope?  
 illa graues potuit quercus adamantaque durum  
 surdaque blanditiis saxa mouere suis:  
 digna mouere fuit certe uiuosque uirosque,  
 sed neque tum uixi nec uir, ut ante, fui. 60  
 quid iuuet ad surdas si cantet Phemius aures?  
 quid miserum Thamyran picta tabella iuuet?  
 at quae non tacita formaui gaudia mente,  
 quos ego non finxi disposuique modos!  
 nostra tamen iacuere uelut praemortua membra 65  
 turpiter hesternae languidiora rosa,  
 quae nunc, ecce, uigent intempestiua ualentque,  
 nunc opus exposcunt militiamque suam.  
 quin istic pudibunda iaces, pars pessima nostri?  
 sic sum pollicitis captus et ante tuis. 70  
 tu dominum fallis, per te deprehensus inermis  
 tristia cum magno damna pudore tuli.  
 hanc etiam non est mea dedignata puella  
 molliter admota sollicitare manu;  
 sed postquam nullas consurgere posse per artes 75  
 immemoremque sui procubuisse uidet,

45 quo *Y*ω: quos *P*: quis *S*: quod *ç* sum *PYS*ω: sim *T*, *Heinsius* 49 quo *PYH*: quod *S*:  
 quid *ω* fortunae *PyS*ω: fortuna *YObT* quo *PSC* (*u.l.*) *H*: quid *y*ω: quae *N*: *om. Y* (*ut*  
*uid.*) regna *PYS*ω: dona *yç* 50 possedi *PY*ω: possideat *S* 51 taciti *yS*ω: tacitis *PD*:  
 taticis *Y* 55 sed *PY*ω: si *S*: at *VaVb* blanda *PYS*ω: blanda est *yç* at non blandita est  
*Hall* 59 uiuosque *PYDX*: diuosque *yS*ω 61 iuuet *y*, *Heinsius*: iubet *PY*: iuuat  
*S*ω *Phemius ed. Venet.* 1489: phenius *Dψ*: fennius *B*: phedius *T*: phinius (*aut fin-*) *ç*:  
 phineius *PY*: phineus *Sç*: traciis *yç* 62 iuuet *Vb*: iuuat *PYS*ω 64 finxi *pyç*: fixi *Y*: feci  
*P*: feci *ç*: cepi *X*: coepi *Pc* (*u.l.*): posui *S* 67 uigent *Py* (*-ens Y*) *S*ω: rigent *Pc* (*u.l.*) *VaX*  
 69 istic *PY*ω: istinc *Sç* iaces *PYS*ω: iace *ç*: iacet *Ea* 70 et *Sç*: es et *Y*: es *P*: ut *y*ω

'quid me ludis?' ait 'quis te, male sane, iubebat  
 inuitum nostro ponere membra toro?  
 aut te traiectis Aeaëa uenefica lanis  
 deuouet, aut alio lassus amore uenis'. 80  
 nec mora, desiluit tunica uelata soluta  
 (et decuit nudos proripuisse pedes),  
 neue suae possent intactam scire ministrae,  
 dedecus hoc sumpta dissimulauit aqua.

## VIII

Et quisquam ingenuas etiam nunc suscipit artes  
 aut tenerum dotes carmen habere putat?  
 ingenium quondam fuerat pretiosius auro,  
 at nunc barbaria est grandis habere nihil.  
 cum pulchre dominae nostri placere libelli, 5  
 quo licuit libris, non licet ire mihi;  
 cum bene laudauit, laudato ianua clausa est:  
 turpiter huc illuc ingeniosus eo.  
 ecce, recens diues, parto per uulnera censu,  
 praefertur nobis sanguine pastus eques. 10  
 hunc potes amplecti formosis, uita, lacertis?  
 huius in amplexu, uita, iacere potes?  
 si nescis, caput hoc galeam portare solebat;  
 ense latus cinctum, quod tibi seruit, erat;  
 laeua manus, cui nunc serum male conuenit aurum, 15  
 scuta tulit; dextram tange, cruenta fuit.

79 traiectis *yç*: traiectis *uel sim. PYSç*: collectis *ç*: delectis, leteis, selectis *ç* aeaëa *PYç*:  
 eoa *ç*: egea *N<sup>1</sup>Vb*: circaea *ç*: racea *S* lanis *P* (*litt. grand. in marg. dextra*) *XKh<sup>2</sup>Me*:  
 ramis *PYS*ω 80 lassus *PYS*ω: fessus *ç* 81 soluta *PYSç*: recincta *ç*

VIII l et *PYS*: ec *Pb* (*ut uid.*): an *ç*: en *ç* suscipit *ω*: suscipiet *PY*: suspicit *ç*: suspicet *S*:  
 suspicat *X*: suspiciet *p* (*ut uid.*): sustinet *N* 4 barbaria est *PYS*ω: barbaries *ç* 5  
 pulchre *ω*: pulchr<sup>ç</sup> *PSZ*: pulchrae *YPc* dominae nostri *PYS*ω: nostri dominae  
*ç* 6 quo *YS*ω: quod *PH<sup>1</sup>* 10 pastus *p*: pastur *PY* (*ut uid.*): partus *SF<sup>2</sup>H*: factus *y*ω:  
 sparsus *ç* 11 uita *PY*: fulta *SH*: stulta *y*ω 12 amplexu *ç*: amplexus *PYSç* uita *PY*:  
 fulta *SH*: stulta *ω*: sola *ç*: nuda *ç*: ulla *Ab<sup>1</sup>N<sup>1</sup>*: ipsa *Vb* iacere *PYS*ω: uenire *ç* 13  
 caput hoc galeam *PYSç*: galeam caput hoc *ç*

qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram?  
 heu! ubi mollities pectoris illa tui?  
 cerne cicatrices, ueteris uestigia pugnae:  
 quaesitum est illi corpore, quicquid habet. 20  
 forsitan et quotiens hominem iugulauerit ille  
 indicet: hoc fassas tangis, auara, manus?  
 ille ego Musarum purus Phoebique sacerdos  
 ad rigidas canto carmen inane fores.  
 discite, qui sapitis, non quae nos scimus inertes, 25  
 sed trepidas acies et fera castra sequi,  
 proque bono uersu primum deducite pilum;  
 nox tibi, si belles, possit, Homere, dari.  
 Iuppiter, admonitus nihil esse potentius auro,  
 corruptae pretium uirginis ipse fuit. 30  
 dum merces aberat, durus pater, ipsa seuera,  
 aerati postes, ferrea turris erat;  
 sed postquam sapiens in munere uenit adulter,  
 praebuit ipsa sinus et dare iussa dedit.  
 at cum regna senex caeli Saturnus haberet, 35  
 omne lucrum tenebris alta premebat humus:  
 aeraque et argentum cumque auro pondera ferri  
 Manibus admorat, nullaque massa fuit.  
 at meliora dabat, curuo sine uomere fruges  
 pomaque et in quercu mella reperta caua. 40  
 nec ualido quisquam terram scindebat aratro,  
 signabat nullo limite mensor humum.  
 non freta demisso uerrebant eruta remo:  
 ultima mortali tum uia litus erat.  
 contra te sollers, hominum natura, fuisti 45  
 et nimium damnis ingeniosa tuis.

17 qua periit aliquis (quis *Ac*) *S*ç: quaque periit (perit *Ob*) aliquis *y*ç: quaque aliquis  
 periit ç: qua periit quisquam *Pf*: quaque perit quisquam *Y*<sup>4</sup>: qua quisquam periit *Ea*:  
 quae (quæ *P*) perit aliquis *PY* 18 heu *PYS*ç: heus *y*ø: en *H*<sup>1</sup> tui *PY*ç: tui est *S*ç 21  
 ille *PYS*ç: ipse ç 22 fassas *y*ø: fassus *PYAc*<sup>1</sup>: falsas *S*ç 25 quae nos *yS*ç: quae non  
*PY*: quod nos ç: haec quae ç: hoc quod ç 26 castra *PYS*ç: bella ø 27 deducite *PYS*ø:  
 deducere *yAcW* 28 nox *Campbell*: hoc *p*ø: hic *P* (ut *uid.*) *YSPf* belles *Madvig*: uelles  
*codd.* possit *PY*: posset *S*ø 33 in *PYS*ø: ad *PcVb* munere *Francius*: munera *codd.*  
 40 reperta *PY*ø: recepta *S*ç 41 terram *yS*ø: terras ç *Owen*: terra *PY* scindebat  
*PYS*ø: findebat ç: aperibat *D*: uersabat *W*<sup>1</sup> 42 mensor *PYS*ç: messor *y*ç: fossor ø 43  
 demisso *y*ø: dimisso *SHX*: demissi ç: dimissi *PY* (ut *uid.*) ç uerrebant *pYS*ø: uerebant  
*PAb*<sup>1</sup>: uertebant ç remo *PY* (r ex *corr.* *y*) *S*ø: remi ç

quo tibi turritis incingere moenibus urbes?  
 quo tibi discordes addere in arma manus?  
 quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses!  
 cur non et caelum tertia regna facis? 50  
 qua licet, affectas caelum quoque: templa Quirinus,  
 Liber et Alcides et modo Caesar habent.  
 eruimus terra solidum pro frugibus aurum;  
 possidet inuentas sanguine miles opes;  
 curia pauperibus clausa est, dat census honores: 55  
 inde grauis iudex, inde seuerus eques.  
 omnia possideant; illis Campusque Forumque  
 seruiat, hi pacem crudaque bella gerant;  
 tantum ne nostros auidi liceantur amores  
 et (satis est) aliquid pauperis esse sinant. 60  
 at nunc, exaequet tetricas licet illa Sabinas,  
 imperat ut captae, qui dare multa potest.  
 me prohibet custos, in me timet illa maritum;  
 si dederim, tota cedit uterque domo.  
 o si neglecti quisquam deus ultor amantis 65  
 tam male quaesitas puluere mutet opes!

## IX

Memnona si mater, mater plorauit Achillem,  
 et tangunt magnas tristia fata deas,  
 flebilis indignos, Elegia, solue capillos:  
 a, nimis ex uero nunc tibi nomen erit!  
 ille tui uates operis, tua fama, Tibullus 5  
 ardet in exstructo, corpus inane, rogo.

47-48 quo...quo *PYS*ç: quid...quid ø 50 regna *yS*ø: dona *PY* facis *PYSF*<sup>2</sup>*H*<sup>2</sup>: petis  
*y*ø 51-52 *secl. Heinsius* 55 honores *PY*ø: honorem *S* 59 auidi *PYS*ø: auide  
*ψ* liceantur *y*, *marg. ed. Bersmannianae*: liciantur *PYC* (*u.l.*): eiciantur *C*<sup>1</sup>*H*: uiciantur  
*S* (ut *uid.*): lucentur ø: lanientur *D*: uenentur *F*<sup>1</sup> 61 illa *yS*<sup>2</sup>ø: ille *PYS*<sup>1</sup>*Ph* (*incert.*):  
 ipsa *ObVb* 64 dederim *YS*ç: dederø ç: de *P* *incert.* 65 quisquam deus *y*ç:  
 quisquam///deus *P*: quisquamemdeus *Y*: quisquam est deus (e.q.d. *H*, d.e.q. *T*)  
*S*ç amantis *PYS*ø: amoris ç

IX 3 elegia *y*ø: elegeia *PY* (aut elegiia) *PcVa*<sup>2</sup>: elegegia *S* 4 erit *PYS*ø: inest ç

ecce, puer Veneris fert euersamque pharetram  
 et fractos arcus et sine luce facem;  
 aspice, demissis ut eat miserabilis alis  
 pectoraque infesta tundat aperta manu. 10  
 excipiunt lacrimas sparsi per colla capilli,  
 oraque singultu concutiente sonant.  
 fratris in Aeneae sic illum funere dicunt  
 egressum tectis, pulcher Iule, tuis.  
 nec minus est confusa Venus moriente Tibullo 15  
 quam iuueni rupit cum ferus inguen aper.  
 at sacri uates et diuum cura uocamur;  
 sunt etiam qui nos numen habere putent.  
 scilicet omne sacrum Mors importuna profanat;  
 omnibus obscuras inicit illa manus. 20  
 quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo,  
 carmine quid uictas obstipuisse feras?  
 et Linon in siluis idem pater 'aelinon!' altis  
 dicitur inuita concinuisse lyra.  
 adice Maeoniden, a quo ceu fonte perenni 25  
 uatum Pieriis ora rigantur aquis:  
 hunc quoque summa dies nigro summersit Auerno;  
 effugiunt auidos carmina sola rogos.  
 durat, opus uatum, Troiani fama laboris  
 tardaue nocturno tela retexta dolo: 30  
 sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebunt,  
 altera cura recens, altera primus amor.  
 quid uos sacra iuuant? quid nunc Aegyptia prosunt  
 sistra? quid in uacuo secubuisse toro?  
 cum rapiunt mala fata bonos, (ignoscite fasso!) 35  
 sollicitor nullos esse putare deos.  
 uiue pius: moriere; pius cole sacra: colentem  
 Mors grauis a templis in caua busta trahet.

8 facem *PYS*ω: faces ζ post 10 *desinit S* 16 iuueni *γ*ζ: inueni *PY* (*ut uid.*): iuuenis  
*p*ω cum *PY*ω: cui *p* 18 putent *PY*ζ: putant ω 23 et linon *PY*ω: aelinon *Pf* (el-) *Jf*  
 (el-), *Scaliger* aelinon *Y* (el-) *Pf* (el-) (*u.l.*), *Heinsius*: eunon *P* (*ut uid.*): et linon *pγ*ζ:  
 edidit ω: editum in *Ab<sup>2</sup>Q<sup>1</sup>Va* 24 *om. P spatio relicto, add. P<sup>3</sup>* inuita ζ: inuicta *P<sup>3</sup>γ*ω:  
 in lyra (...comam) *Y* concinuisse ω: continuisse *P<sup>3</sup>Y*ζ: conticuisse ζ 25 adice *PY*ω:  
 aspice ζ 27 submersit *PY*ζ: demersit *VaVb*: submisit ζ 28 effugiunt ζ: defugiunt ζ:  
 diffugiunt *PY*ζ 29 durat opus *pγ*ω: durus optat (op/at *P*) *PY* (*ut uid.*) fama *γ*ω:  
 flamma *PY* 30 retexta *PY*ζ: relecta ζ: retenta ζ 31 habebunt *PY*ω: habebit ζ: habebis  
*Bentley* 33 uos *PY*ζ: nos ω: nunc ζ 35 rapiunt *PY*ζ: rapiant ζ: rapiunt *Ob* fata *pY*ω:  
 facta *P*ζ fasso *γ*ω: falso *PY*ζ

carminibus confide bonis: iacet, ecce, Tibullus;  
 uix manet e tanto, parua quod urna capit. 40  
 tene, sacer uates, flammae rapuere rogales,  
 pectoribus pasci nec timuere tuis?  
 aurea sanctorum potuissent templa deorum  
 urere, quae tantum sustinuerunt nefas.  
 auertit uultus, Erycis quae possidet arces: 45  
 sunt quoque qui lacrimas continuisse negant.  
 sed tamen hoc melius quam si Phaeacia tellus  
 ignotum uili supposuisset humo.  
 hic certe madidos fugientis pressit ocellos  
 mater et in cineres ultima dona tulit; 50  
 hic soror in partem misera cum matre doloris  
 uenit inornatas dilaniata comas,  
 cumque tuis sua iunxerunt Nemesisque priorque  
 oscula nec solos destituere rogos.  
 Delia discedens 'felicius' inquit 'amata 55  
 sum tibi: uixisti, dum tuus ignis eram'.  
 cui Nemesis 'quid' ait 'tibi sunt mea damna dolori?  
 me tenuit moriens deficiente manu'.  
 si tamen e nobis aliquid nisi nomen et umbra  
 restat, in Elysia ualle Tibullus erit. 60  
 obuius huic uenies hedera iuuenalia cinctus  
 tempora cum Caluo, docte Catulle, tuo;  
 tu quoque, si falsum est temerati crimen amici,  
 sanguinis atque animae prodige Galle tuae.  
 his comes umbra tua est, si qua est modo corporis umbra; 65  
 auxisti numeros, culte Tibulle, pios.  
 ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna,  
 et sit humus cineri non onerosa tuo!

40 tanto ψ: toto *PY*ω 49 hic *γ*ω: hinc *PY*ζ: huic *DPb* madidos *PY*ζ: manibus  
*γ*ω fugientis *PY*ζ: fugientes ω 50 tulit *PY*ω: dedit ζ 51 hic *γ*ω: huc ζ: hinc *PY*ζ: huic  
 ζ 52 dilaniata *PY*ζ: dilacerata ζ 55 discedens *γ*ω: descendens *PY*: descendens *Ph*  
 57 quid ait *PY*ζ: quid ais *γ*ζ: quid agis *NPe<sup>1</sup>* (*ut uid.*): dixit *Vb* dolori *γ*ω: doloris  
*PYAb<sup>1</sup>H* 61 uenies ω: uenias *PY* iuuenalia *PYD*: iuuenilia *γ*ω 65 qua est *γ*ω: qua *p*  
 (*ut uid.*): quæri *P* (*ut uid.*): quer *Y* (*ut uid.*): quid ζ 66 pios *PY*ζ: tuos *γ*ζ

## X

Annua uenerunt Cerealis tempora sacri:  
 secubat in uacuo sola puella toro.  
 flaua Ceres, tenues spicis redimita capillos,  
 cur inhibes sacris commoda nostra tuis?  
 te, dea, munificam gentes, ubi quaeque, loquuntur,  
 nec minus humanis inuidet ulla bonis.  
 ante nec hirsuti torrebant farra coloni,  
 nec notum terris area nomen erat,  
 sed glandem quercus, oracula prima, ferebant:  
 haec erat et teneri caespitis herba cibus.  
 prima Ceres docuit turgescere semen in agris  
 falce coloratas subsecuitque comas.  
 prima iugis tauros supponere colla coegit  
 et ueterem curuo dente reuellit humum.  
 hanc quisquam lacrimis laetari credit amantum  
 et bene tormentis secubituque coli?  
 nec tamen est, quamuis agros amet illa feraces,  
 rustica nec uiduum pectus amoris habet.  
 Cretes erunt testes; nec fingunt omnia Cretes:  
 Crete nutrito terra superba Ioue.  
 illic, sideream mundi qui temperat arcem,  
 exiguus tenero lac bibit ore puer.  
 magna fides testi: testis laudatur alumno;  
 fassuram Cererem crimina nota puto.  
 uiderat Iasium Cretaeta diua sub Ida  
 figentem certa terga ferina manu;  
 uidit et, ut tenerae flammam rapuere medullae,  
 hinc pudor, ex illa parte trahebat amor.  
 uictus amore pudor: sulcos arere uideres  
 et sata cum minima parte redire sui.

X 4 inhibes PYω: prohibes ζ 5 munificam P (ut uid.) Yω: magnificam p (ut uid.) ζ ubi  
 quaeque pYD: ubique Ac: ubicumque yω 10 haec PYω: hae y:  
 hic ζ: hoc NZ erat PYζ: cibus yζ cibus PYζ: torus yζ 12 subsecuitque PYω:  
 subsecuisse ζ 14 reuellit PYζ: reuulsit ζ 15 credit PYζ: credat ζ: credet N 18  
 uiduum PYζ: uacuum ζ 20 crete PYζ: cretes ω 21 mundi qui PYζ: qui mundi  
 ω 24 fassuram pyω: fassurum PYAb<sup>1</sup>: passuram ζ nota ω: nostra PYζ: magna  
 ζ 26 terga (-rra PY) PYω: corda ζ 27 tenerae flammam (-as DX) ...medullae PYω:  
 teneras flammae...medullas ζ 28 illa PYζ: alia ζ 29 arere yω: ardere PYζ

cum bene iactati pulsarant arua ligones,  
 ruperat et duram uomer aduncus humum  
 seminaque in latos ierant aequaliter agros,  
 irrita decepti uota colentis erant.  
 diua potens frugum siluis cessabat in altis;  
 deciderant longae spicea sarta comae.  
 sola fuit Crete fecundo fertilis anno:  
 omnia, qua tulerat se dea, messis erat;  
 ipse locus nemorum caneat frugibus Ide  
 et ferus in silua farra metebat aper.  
 optauit Minos similes sibi legifer annos;  
 optasset, Cereris longus ut esset amor.  
 qui tibi secubitus tristes, dea flaua, fuissent,  
 hos cogor sacris nunc ego ferre tuis.  
 cur ego sim tristis, cum sit tibi nata reperta  
 regnaque quam Iuno sorte minora regat?  
 festa dies ueneremque uocat cantusque merumque:  
 haec decet ad dominos munera ferre deos.

## XI

Multa diuque tuli; uitiis patientia uicta est.  
 cede fatigato pectore, turpis Amor!  
 scilicet asserui iam me fugique catenas,  
 et, quae non puduit ferre, tulisse pudet.  
 uicimus et domitum pedibus calcamus Amorem:  
 uenerunt capiti cornua sera meo.  
 perfer et obdura! dolor hic tibi proderit olim:  
 saepe tulit lassus sucus amarus opem.  
 ergo ego sustinui, foribus tam saepe repulsus,  
 ingenuum dura ponere corpus humo?

31 pulsarant PYζ: pulsarent Yζ: pulsarunt ζ: purgarunt Ea 33 ierant PYζ: steterant ζ  
 35 cessabat PYω: errabat ζ 38 erat PYω: erant ζ 39 ipse PYω: ille ζ: ipsa  
 Némethy ide ω: idē Zγ: idae PY 42 optasset PYC (u.l.) D: optasses Mk: optauit ω:  
 optat H 45 sim PYζ: sum ω 46 quam iuno codd.: Iunonis Heinsius minora yζ:  
 minore PYζ

XI 1 diuque tuli PYω: diu tulimus ζ uicta yω: uincta PY 5 uicimus PYω: uicimus  
 ζ domitum PYω: dominum CLc 7 perfer et yω: perfere Y: perferre P

ergo ego nesciocui, quem tu complexa tenebas,  
 excubui clausam, seruus ut, ante domum?  
 uidi, cum foribus lassus prodiret amator  
 inualidum referens emeritumque latus.  
 hoc tamen est leuius quam quod sum uisus ab illo; 15  
 eueniat nostris hostibus ille pudor.  
 quando ego non fixus lateri patienter adhaesi,  
 ipse tuus custos, ipse uir, ipse comes?  
 scilicet et populo per me comitata placebas:  
 causa fuit multis noster amoris amor. 20  
 turpia quid referam uanae mendacia linguae  
 et periuratos in mea damna deos,  
 quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus  
 uerbaque compositis dissimulata notis?  
 dicta erat aegra mihi: praeceps amensque cucurri; 25  
 ueni, et riuali non erat aegra meo.  
 his et quae taceo durauis saepe ferendis:  
 quaere alium pro me qui uelit ista pati.  
 iam mea uotiuua puppis redimita corona  
 lenta tumescentes aequoris audit aquas. 30  
 desine blanditias et uerba potentia quondam  
 perdere: non ego sum stultus, ut ante fui.  
 luctantur pectusque leue in contraria tendunt  
 hac amor, hac odium; sed, puto, uincit amor.  
 odero, si potero; si non, inuitus amabo: 35  
 nec iuga taurus amat; quae tamen odit, habet.  
 nequitiam fugio, fugientem forma reducit;  
 auersor morum crimina, corpus amo.  
 sic ego nec sine te nec tecum uiuere possum  
 et uideor uoti nescius esse mei. 40  
 aut formosa fores minus aut minus improba uellem:  
 non facit ad mores tam bona forma malos.

11 nesciocui quem  $\omega$ : nescioqui quem  $PY$ : nescio quem cui  $C$ : nescio quem  $D$ :  
 nescioquem cum  $Z$ : nescioquem dum  $Ea$  12 ut  $\omega$ : et  $PYC$  domum  $PY\omega$ : forem  $\zeta$ :  
 fores  $T$  13 uidi  $\omega$ : uidit  $PY$  15 leuius  $PY\omega$ : melius  $\zeta$  sum  $PY\omega$ : sim  $\zeta$  17 patienter  
 $P$  (ex -tes)  $Y\zeta$ : spatiantis  $\omega$  19 comitata  $PY\omega$ : cantata  $\zeta$  26 ueni et  $PY\omega$ : ueni  $\zeta$  28  
 uelit  $Y^a\omega$ : queat  $yH$ : om.  $PY$  30 lenta  $CJa^2Lf$ : laeta  $PY\omega$  32 sum  $PY\omega$ : nunc  $Mb$ : om.  
 $Kc$  ut  $py\omega$ : et  $PY$  (ut uid.) 33 nouam elegiam incipere post  $Hampke$  censuit  $Müller$   
 34 hac...hac  $PY\omega$ : hinc...hinc  $\zeta$  uincit  $P$  (ut uid.)  $Y\zeta$ : uincet  $\zeta$  35-36 secl.  $Heinsius$   
 35 in pariete  $Pompeiano$  scriptus (CE 354.2) 37 reducit  $\omega$ : reducet  $PYH$  38 auersor  
 $PY\zeta$ : aduersor  $\omega$

facta merent odium, facies exorat amorem:  
 me miserum! uitiis plus ualet illa suis.  
 parce per o lecti socialia iura, per omnes, 45  
 qui dant fallendos se tibi saepe, deos,  
 perque tuam faciem, magni mihi numinis instar,  
 perque tuos oculos, qui rapuere meos.  
 quicquid eris, mea semper eris; tu selige tantum,  
 me quoque uelle uelis anne coactus amem. 50  
 lintea dem potius uentisque ferentibus utar  
 ut, quam, si nolim, cogar amare, uelim.

## XII

Quis fuit ille dies, quo tristia semper amanti  
 omina non albae concinuistis aues?  
 quodue putem sidus nostris occurrere fatis,  
 quosue deos in me bella mouere querar?  
 quae modo dicta mea est, quam coepi solus amare, 5  
 cum multis uereor ne sit habenda mihi.  
 fallimur, an nostris innotuit illa libellis?  
 sic erit: ingenio prostitit illa meo.  
 et merito! quid enim formae praeconia feci?  
 uendibilis culpa facta puella mea est. 10  
 me lenone placet, duce me perductus amator,  
 ianua per nostras est adaptata manus.  
 an prosint, dubium, nocuerunt carmina certe:  
 inuidiae nostris illa fuere bonis.  
 cum Thebae, cum Troia foret, cum Caesaris acta, 15  
 ingenium mouit sola Corinna meum.

43 merent  $PY\omega$ : mouent  $\zeta$  amorem  $\omega$ : amores  $PY\zeta$  46 dant  $PY\omega$ : dent  $AbN$  49 tu  
 selige  $PY$  (-ice)  $\zeta$ : tuus elige  $N^1$ : ius elige  $\omega$ : tuque elige  $T$ : me selege  $H$  51 - xii 26 uix  
 legi possunt in  $P$  52 ut  $PY\omega$  (in quibus  $X$ ): et  $\zeta$ : quam  $y$  (ut uid.)  $\zeta$  quam si  $y$  (ut uid.)  $X$ ,  
 $Madvig$  (qui ut quam si  $coni.$ ): quamuis  $P\omega$ : qui si  $Y\zeta$ : quod si  $Ob^2Pf$  uelim  $PY\zeta$ : tamen  
 $\omega$

XII 3 fatis  $PY\omega$ : uotis  $\zeta$  8 erit  $PY\zeta$ : erat  $\omega$ : est  $\zeta$  11 perductus  $PY\zeta$ : productus  $\omega$ :  
 conductus  $\zeta$  13 dubium  $PY\zeta$ : dubium est  $\omega$  certe  $\zeta$ : semper  $PY\omega$ : saepe  $C$  (u.l.),  
 $Maennus$  15 thebe  $vPcZ$ : thebe  $Y\omega$ : de  $P$  incert.

auersis utinam tetigissem carmina Musis,  
 Phoebus et inceptum destituisset opus!  
 nec tamen ut testes mos est audire poetas;  
 malueram uerbis pondus abesse meis.  
 per nos Scylla patri caros furata capillos  
 pube premit rabidos inguinibusque canes;  
 nos pedibus pinnas dedimus, nos crinibus angues;  
 uictor Abantiades alite fertur equo;  
 idem per spatium Tityon porreximus ingens  
 et tria uipereo fecimus ora cani;  
 fecimus Enceladon iaculantem mille lacertis,  
 ambiguae captos uirginis ore uiros;  
 Aeolios Ithacis inclusimus utribus Euros;  
 proditor in medio Tantalus amne sitit;  
 de Niobe silicem, de uirgine fecimus ursam;  
 concinit Odrysium Cecropis ales Ityn;  
 Iuppiter aut in aues aut se transformat in aurum  
 aut secat imposita uirgine taurus aquas.  
 Protea quid referam Thebanaque semina, dentes,  
 qui uomerent flammis ore, fuisse boues,  
 flere genis electra tuas, auriga, sorores,  
 quaeque rates fuerint, nunc maris esse deas,  
 auersumque diem mensis furialibus Atrai,  
 duraque percussam saxa secuta lyram?  
 exit in immensum fecunda licentia uatum,  
 obligat historica nec sua uerba fide;  
 et mea debuerat falso laudata uideri  
 femina; credulitas nunc mihi uestra nocet.

17 auersis PY $\omega$ : aduersis  $\omega$  a. utinam PY $\omega$ : o utinam a.  $\zeta$  20 malueram PY $\omega$ :  
 maluerim yMa: debuerat Y<sup>4</sup> 21 patri PY $\omega$ : patris  $\zeta$  caros PY $\zeta$ : canos  $\omega$  22 rabidos  
 $\zeta$ : rapidos PY $\omega$  27 - xiv 2 desunt in P 27 enceladon (aut enchel-)  $\zeta$ : enceladum (aut  
 enchel-) Y $\omega$  37 electra...auriga (auriosa Y) y $\zeta$ : auriga...electra  $\zeta$  tuas Y (ex -os, ut  
 uid.)  $\omega$ : suis  $\zeta$  38 fuerint Y $\zeta$ : fuerant  $\omega$  39 auersumque Y $\zeta$ : aduersumque  $\zeta$  40  
 percussam...lyram  $\zeta$ : percussa...lyra YH: percussas...lyras  $\omega$  secuta Y $\zeta$ : mouere  
 $\zeta$  41 fecunda Pf (u.l.)  $\psi$ : facunda y $\zeta$ : iucunda Y $\zeta$  44 uestra Y $\omega$ : uera NPb (u.l.) T:  
 nostra  $\zeta$

## XIII

Cum mihi pomiferis coniunx foret orta Faliscis,  
 moenia contigimus uicta, Camille, tibi.  
 casta sacerdotes Iunoni festa parabant  
 et celebres ludos indigenamque bouem.  
 grande morae pretium ritus cognoscere, quamuis  
 difficilis cliuis huc uia praebet iter.  
 stat uetus et densa praenubilus arbore lucus;  
 aspice, concedes numinis esse locum.  
 accipit ara preces uotiuque tura piorum,  
 ara per antiquas facta sine arte manus.  
 huc, ubi praesonuit sollemni tibia cantu,  
 it per uelatas annua pompa uias.  
 ducuntur niueae populo plaudente iuuencae,  
 quas aluit campis herba Falisca suis,  
 et uituli nondum metuenda fronte minaces  
 et minor ex humili uictima porcus hara  
 duxque gregis cornu per tempora dura recuruo.  
 inuisa est dominae sola capella deae;  
 illius indicio siluis inuenta sub altis  
 dicitur inceptam destituisse fugam.  
 nunc quoque per pueros iaculis incessitur index  
 et pretium auctori uulneris ipsa datur.  
 qua uentura dea est, iuuenes timidaeque puellae  
 praeuerrunt latas ueste iacente uias.  
 uirginei crines auro gemmaque premuntur,  
 et tegit auratos palla superba pedes;  
 more patrum Graio uelatae uestibus albis  
 tradita supposito uertice sacra ferunt.

XIII 1 pomiferis y $\omega$ : piniferis  $\zeta$ : pleneris Y (ut uid.) 2 uicta YPcX: uincta aut iuncta  
 $\omega$ : culta y $\zeta$  4 celebres Y $\omega$ : celeres  $\zeta$  5 morae Y $\omega$ : uoco  $\zeta$  8 numinis (-enis Y [corr. y]  
 C<sup>1</sup> [aut -eris]) esse locum Y $\zeta$ : numen inesse loco  $\zeta$  9 piorum Y $\omega$ : deorum  $\zeta$  11 huc  
 Ab<sup>2</sup>Z, Heinsius: hic y $\omega$ : hinc  $\zeta$ : hac F<sup>1</sup> (ac) Pc<sup>1</sup>: hanc Y praesonuit Y $\zeta$ : personuit y $\zeta$ :  
 praeposuit H 14 herba Y $\omega$ : terra  $\zeta$  20 destituisse Y $\omega$ : detinuisse  $\zeta$  21 incessitur Y $\omega$ :  
 accersitur  $\zeta$ : accersitur  $\zeta$ : lacescitur N 22 auctori Y $\omega$ : actori y $\zeta$  24 praeuerrunt C  
 (u.l.), exc. Put. et Scal.: praeuertunt DEa (ut uid.): peruerrunt Ke: praeuelant Md:  
 praebuerant Y $\omega$ : strauerunt Vb: uelarent PfKa: praetexunt Francius: praesternunt  
 dubitanter Heinsius 27 graio Y $\zeta$ : grato D, exc. Put. et Scal.: graium H: sacro QW:  
 sacre  $\zeta$ : sancte  $\zeta$ : sancto y (postea expunct.) Ab

ore fauent populi tum, cum uenit aurea pompa  
 ipsa sacerdotes subsequiturque suas. 30  
 Argiua est pompae facies: Agamemnone caeso  
 et scelus et patrias fugit Halaesus opes  
 iamque pererratis profugus terraque fretoque  
 moenia felici condidit alta manu.  
 ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos: 35  
 sint mihi, sint populo semper amica suo!

## XIV

Non ego, ne pecces, cum sis formosa, recuso,  
 sed ne sit misero scire necesse mihi,  
 nec te nostra iubet fieri censura pudicam  
 sed tamen ut temptes dissimulare rogat.  
 non peccat, quaecumque potest peccasse negare, 5  
 solaque famosam culpa professa facit.  
 quis furor est, quae nocte latent, in luce fateri  
 et, quae clam facias, facta referre palam?  
 ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti  
 opposita populum summouet ante sera; 10  
 tu tua prostitues famae peccata sinistrae  
 commissi perages indiciumque tui?  
 sit tibi mens melior, saltemue imitare pudicas,  
 teque probam, quamuis non eris, esse putem.  
 quae facis, haec facito: tantum fecisse negato 15  
 nec pudeat coram uerba modesta loqui.  
 est qui nequitiam locus exigit; omnibus illum  
 deliciis imple, stet procul inde Pudor.

29 ore fauent populi *Y*ω: ora fauent populi *Ka*, dubitanter *Madvig*: ore fauet populus  
 ψ tum *BKa*, *Housman*: tunc *Y*ω cum uenit *Y*ς: conuenit ζ 30 subsequiturque *Y*ω:  
 consequiturque ζ suas ω: suos *Y*ς 34 alta ζ: apta *Y*ω: illa *X* 36 sint...sint *Y*ω: sint...  
 sit *H*: sit...sit *VbKb* amica *Y*ω: amata *F<sup>2</sup>NPh<sup>2</sup>*

XIV 3 denuo incipit *P* 4 tamen *Y*ω: tantum *D* (ut *om.*) *Pf*: de *P* incert. rogat ζ: rogo  
 yω: putet *Y* (ut *uid.*): de *P* incert. 6 famosam yω: formosam *PY*ς: deformem ζ 7 in  
*Y*ω: sub ζ: cum *Pf*: de *P* incert. 11 prostitues *PY*ω: prostituis ζ famae...sinistrae  
*PY*ω: fama...sinistra ζ 12 perages *PY*ω: peragis ζ 13 saltemue *PY*ς: saltemque  
 yς pudicas *P* (ut *uid.*) *Y*ω: pudicam ζ 16 nec *PY*ω: ne ζ modesta *PY*ω: pudica ζ  
 17 exigit *PY*ω: exigit ζ 18 stet (*aut* scet) *P*: (imples) set *Y* (ut *uid.*): sit yω

hinc simul exieris, lasciua protinus omnis  
 absit, et in lecto crimina pone tuo. 20  
 illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori  
 nec femori impositum sustinuisse femur;  
 illic purpureis condatur lingua labellis,  
 inque modos uenerem mille figuret amor;  
 illic nec uoces nec uerba iuuantia cessent 25  
 spondaque lasciua mobilitate tremat.  
 indue cum tunicis metuentem crimina uultum,  
 et pudor obscenum diffiteatur opus.  
 da populo, da uerba mihi; sine nescius errem,  
 et liceat stulta credulitate frui. 30  
 cur totiens uideo mitti recipique tabellas?  
 cur pressus prior est interiorque torus?  
 cur plus quam somno turbatos esse capillos  
 collaque conspicio dentis habere notam?  
 tantum non oculos crimen deducis ad ipsos; 35  
 si dubitas famae parcere, parce mihi.  
 mens abit et morior, quotiens peccasse fateris,  
 perque meos artus frigida gutta fluit.  
 tunc amo, tunc odi frustra, quod amare necesse est;  
 tunc ego, sed tecum, mortuus esse uelim. 40  
 nil equidem inquiram nec, quae celare parabis,  
 insequare; et falli muneris instar erit.  
 si tamen in media deprensa tenebere culpa  
 et fuerint oculis probra uidenda meis,  
 quae bene uisa mihi fuerint, bene uisa negato: 45  
 concedent uerbis lumina nostra tuis.  
 prona tibi uinci cupientem uincere palma est,  
 sit modo 'non feci' dicere lingua memor.  
 cum tibi contingat uerbis superare duobus,  
 etsi non causa, iudice uince tuo. 50

19-20 post 26 transp. *Weise* 37 abit et yω: habit et *W*: abiit *H* (et *eras*. [ut *uid.*]): abiit et  
*AbPh*: habet et *P*: hebet et *YCVa<sup>1</sup>*: fugit et *Pc<sup>1</sup>Ld* 42 falli *CVa*, *Madvig*: falsi *P* (-sis)  
*Y*ω: facti *H* muneris *PY*ς: criminis yω

## XV

Quaere nouum uatem, tenerorum mater Amorum!  
 raditur haec elegis ultima meta meis,  
 quos ego composui, Paeligni ruris alumnus  
 (nec me deliciae dedecuerere meae),  
 si quid id est, usque a proauis uetus ordinis heres, 5  
 non modo militiae turbine factus eques.  
 Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo;  
 Paelignae dicar gloria gentis ego,  
 quam sua libertas ad honesta coegerat arma,  
 cum timuit socias anxia Roma manus. 10  
 atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi  
 moenia, quae campi iugera pauca tenent,  
 'quae tantum' dicet 'potuistis ferre poetam,  
 quantulacumque estis, uos ego magna uoco'.  
 culte puer puerique parens Amathusia culti, 15  
 aurea de campo uellite signa meo;  
 corniger increpuit thyrso grauiore Lyaeus:  
 pulsanda est magnis area maior equis.  
 imbelles elegi, genialis Musa, ualete,  
 post mea mansurum fata superstes opus! 20

XV 2 raditur *Heinsius*: traditur *codd.* haec *PY*ω: hic ζ meta *PY*ω: carta ζ: nota *H*:  
 cura *Pb* 5-6 post 10 *transp.* ζ, *secludendos censuit Schrader* 6 modo *PY*ω: ego  
 ζ militiae turbine *PY*ω: fortunae munere ζ post 8 *desinit P* 9 quam *EaQψ*: quem  
*Y*ω 12 pauca *Y*ω: parua *FPfψ* 15 *amathusia culti yJcMg*, *Heinsius*: *amatonthia*  
*culta H*: *amat uisia (ut uid.) culti (ex uul-)* *Y*: *amat hostia cultu (uel -um uel -us)* ζ: *mihi*



**ARCA**

Classical and Medieval Texts, Papers and Monographs

20

**OVID: AMORES**

TEXT, PROLEGOMENA AND  
COMMENTARY

in four volumes

**J C McKEOWN**

VOLUME I  
TEXT AND PROLEGOMENA

General Editors: Francis Cairns and Robin Seager  
Assistant Editors: Neil Adkin, Sandra Cairns, Frederick Williams

ISSN 0309-5541

**X** FRANCIS CAIRNS